

## Actus Tertius.

In tertio *actu Dialogi* Jehova respondet Prophetae, quaedam ab eo postulans, & quaedam vicissim ipsi promittens.

Postulat à Propheta *tres virtutes*. (1) *Fianciam* in se unicè collocandam. (2) *Constantiam* in officio. (3) *Prudentiam*, qua separet ἐλεγκτικὸς preciosum à vili i. e. Verbum DEI, quod omni auro & argento incomparabiliter preciosius Psal. 19, 7. Psal. 119, 72. 127. à traditionibus humanis, quæ nihil aliud, quàm scoriae & inquinamenta, ipsâ vilitate viliora, quæ pretiosissimo ac purissimo verbi divini metallo admisceri solent ab hominibus malè-feriatis, quorum principes hodiè sunt *Papicolæ & Jesuitæ*. Atque his sanè virtutibus etiam alios ministros Ecclesiae præditos esse convenit. Promittit autem Prophetae vicissim tria, futurum enim ut sit 1. *Os suum*, quo adhuc nonnullos conversurus potius, quàm ut ab ipsis in sententiam eorum pertrahatur. Similes loci, quorum nonnullis etiam causa explicatur, cur ministri Ecclesiae Os DEI appellentur, extant *Esa. 30, 2. Matth. 10, 20. Luc. 21, 15. Et Tertull. scitè ait: Prophetae, vox erant Domini. 2. Murus aheneus*, de quo *cap. 1.*

¶.20.

¶.21.

3. *Pretiosissimum κειμήλιον*, quod ex manu impiorum & Tyrannorum manu sua erepturus, id quod in genere piis omnibus promittitur *Esa. 41, 10. & Zach. 2, 5.*

Ἄξιωμαθημόνευτε.

I. τὰ λεξικά.

1. Quatuor *plagae Universales*. 2. *Plagae illæ, familiae*. 3. *Deo tribuitur, quod fatigetur misereri*. 4. *Judicium DEI ventilabrum*. 5. *Liberi, fulera matrum*. 6. *Hierosolyma mater juvenis*. 7. *Occasus solis pro calamitatibus*. 8. *Jeremias, vir rixæ*. 9. *Cyrus, ferrum contriturum ferrum & æs*. 10. *Ira DEI, ignis*. 12. *Jehova defraudatio aquæ*. 13. *Prophetae, Os Domini & murus aheneus*. 14. *Verbum Dei pretiosum*. 15. *Ira aduiones humana vile stratum*.

2. τὰ γνωμικά.

Memoriae tabulis inscribantur *vi. 1. 2. 5. 10. Precatio Jeremiae vers. 19.*

3. τὰ